

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Christoph. Matthaei Pfaffii ... Institutiones Historiae Ecclesiasticae**

Juxta Ordinem Seculorum Brevisssimo Penicillo Delineatae ...

Cod. Karlsruhe 416

**Pfaff, Christoph Matthaeus**

**Tubingae, 1727**

Cap. I. De scriptoribus ecclesiasticis

[urn:nbn:de:bsz:31-375655](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-375655)

Seculum VIII. *ICONOCLASTICVM*

## CAP. I.

DE SCRIPTORIBUS ECCLESIA-  
STICIS.

*c. f. ad hoc Cap. Arnoldi. l. c. p. l. c. VIII. c. III. f. 289-291.  
S. I.*

PRIMUM inter Scriptores hujus Seculi locum  
damus (a) Bedæ venerabili,<sup>a)</sup> cujus maximè  
celebrantur in Scripturam S. Commentarii (b),  
histo-

(a) Varias Bedæ [qui ab eminentiori quodam pieta-  
tis & eruditionis gradu scriptisque in specie pro ratione  
ac indole illius ævi eruditus in maximo tum pretio  
habitis summaque cum veneratione ubique lectitatis *Vene-  
rabilis* nomen traxisse du Pinio in Biblioth. des Au-  
teurs Ecclef. Tom. VI. p. 86. aliisque passim creditur]  
operum editiones commemorant *Acta Erud.* ad ann.  
1693. p. 289. occasione editionis quorundam ejus  
Scriptorum Londinensis, quam Henr. Whartonus di-  
cto anno curavit, ibidem recensitæ. Novam eorun-  
dem Editionem paravit Smithus, Canonicus Dunelmen-  
sis. Vid. Mem. de Trev. 1713. p. 921. Complura ejus  
*Anecdota*, v. gr. in principium Geneseos usque ad Nati-  
vitatem Isaaci & Ismaëlis reprobationem Libros III. in  
Canticum Habakuk librum [quod utrumque etiam scri-  
ptum ex Bibliotheca Lambethana exhibet Whartonus  
in edit. citata, postquam jam ante in Auctario suo  
ad Usserium de scripturis & sacris vernaculis nonnulla  
ex utroque fragmenta excerpisset] Homilias item & li-  
bellum precum dedit Edm. Martene *Thef. Anedot. T.*  
V. f. 121.

(b) Extant sub ejus nomine in plerosque Scripturæ S.

historiæ Ecclesiasticæ Gentis Anglorum L. V.<sup>o</sup>  
(c), & martyrologium (d). Pertinet quoque ad  
hoc

libros Commentarii, v. g. in Pentateuchum, libros Samuelis & Regum, Salomonis Proverbia & Cantica &c. item in N. Testamento libros omnes. Illa quidem in Epistolas Paulinas Commentaria, quæ ex Augustino maximè excerpta illi vulgò tribuuntur, ei abjudicant Baronius ad Ann. DLXII. n. XVI. ubi Petto Abbati Tripolitano ea adscribit, notatus idè à Spanhemio in H. E. Sec. VII. p. 1242. & Mabillonius Analect. T. 1. p. 12. ubi Flori illa Magistri esse contendit, nec non Dupinius l. c. auctoritate M. Sæpti Corbejenfis, & alterius cujusdam Trithemio olim visi, ut & ipsius Mabillonii ad eundem ea auctorem referens: interim tamen idem Mabillonius genuinum Bedæ in Epistolas hæc Commentarium extare asseruit, eumque ex M. Sæto, quod ipse possideat, aliquando editurum sese promisit l. c. p. 51. Denique Commentarium in Epistolas Paulinas sub Bedæ nomine vulgatum eidem vindicat Servatus Lupus, Presbyter & Abbas Ferrariensis, Opp. à Baluzio editorum p. 406. edit. 2dæ Antverp. de ann. 1710. Conf. A. E. 1711. pag. 207.

(c) Passim illi tum seorsim prodierunt tum & conjunctim cum paraphrasibus & notis eruditorum. Præstantissimam eorum editionem daturus erat supra laudatus Smithus, eidem immortalis. Vide J. A. Schmidii Supplem. ad Sagitt. Introd. in Hist. Eccl. p. 226. Cæterum tantum libris hæc honoris tribuit Guil. Nicholson, ut solum eorum Auctorem Historici in rebus Ecclesiæ Anglo-Saxonicæ consulendi nomine condecorandum, & ex illis lucem in caligine mutuandam pronuntiaret in Biblioth. Hist. Anglicanæ P. II. conf. A. E. Supplem. T. III. Sect. VI. p. 260.

a) De sac. v. Oudin. l. c. l. 1690. Exclat G. Hiffa. Ecl. editio, Colonia Agrippina, 1601. 12<sup>o</sup>  
b) v. Oudin. l. 1692. & Fabri. l. c. 497. 506.

a) Vocatur hic liber alias: Liber Pontificum  
atq; ab Ivone Carnotensi laudatur; v. de eo Fa-  
brius in Bibl. med. ac ing. latinit. T. II. p. 116

4 Oudin l. 1713. & Memoires de Trevoux ad a. 1713. ab init. p. 772. b) de Jo. Damasceno sive Fabricii Bibl. Gr. Vol. VIII. Notis erat genere & op. patriam Damasceni nomen obtinuit. Agnitate fuit Presbyter & non confundendus est cum quibusdam Medicis, quibus quos Jo. Damasc. nomen sepe, quos Fabricius recenset. Operum ej. editio in B. F. extat: Basilea apud Henric. petrum 1530. fol. Ceterum Anabapt. c. 1. f. 289 f. observat, Damascenum quidem eruditione ac diligetia se sui aevi scriptores superasse, at in eum in- simul et scriptorem, qui per argumenta sua esse Theolo- giae primum intrusa rei christiana plus nocuerit, quam profuerit.

hoc ævum liber diurnus <sup>(e)</sup>, quo solennes literarum aliarumque rerum Ecclesiasticarum formulæ, à Pontificibus Romanis antiquitus usurpatæ, continentur, à Johanne Garnerio Parisiis anno 1680. editus, & à Mabillonio in Museo Italico suppletus. Tertio loco memorandus nobis venit Johannes Damascenus <sup>(f)</sup>, cujus

(d) Duplex est, quod sub Bedæ nomine habetur, Martyrologium, profaicum alterum, tomo II. Act. Sanctorum Martii ab Henschenio & Papebrochio præfixum, idque, ut Collectores isti perhibent, genuinum, & ab eo, quod inter opera ejus legitur, utpote frequentissimis aliorum interpolationibus deturpato plurimum discrepans: alterum metricum, quod ex codice Cænobii S. Remigii Remensis descripsit Mabillonius, Tomoque X. Spicilegii sui inseruit Lucas Acherius. Reliqua hujus Auctoris scripta quamplurima enarrat Caveus Hist. lit. f. p. 402. sqq. Add. Basnage Hist. de l'Egl. L. XII. C. 6. p. 7. sqq.

(e) Auctor hujus libri, cujus novem capita sunt eaque singula plures sub se titulos continentia, ignoratur. Quod ad ætatem ejus attinet, sub Gregorio circa A. C. 715. collectus editori Garnerio videtur.

(f) Recentissima eaque nitidissima operum ejus editio debetur Mich. Lequienio, qui opera hujus scriptoris omnia, quæ extant & ejus nomine circumferuntur, ex variis editionibus prioribus & codicibus MS. Gallicanis, Italicis & Anglicis collegit, recensuit, latinè vertit, præviisque dissertationibus atque additis Annotationibus illustravit, Parisiis 1712. fol. Conf. de hac editione Mem. de Trev. 1713. Janv. p. 1. sqq. & Journ. des Sçav. 1712. Janv. p. 86. sqq. Avril. p. 402. sqq.

jus præcipua sunt de orthodoxa fide L. IV.<sup>(g)</sup> (g) Parallelorum opus (h) [sunt loci communes ex Patribus] de hæresibus liber (i), aliaque. Addimus ordinem Romanum<sup>(k)</sup> (k) de divinis officiis & ministeriis per totius anni circulum à Melchior-

(g) Versionem horum latinam Seculo XII. adornavit Joh. Burgundio, Pifanus, in Bibliotheca Cantab. S. Benedicti, Cod. 135. & alibi ex tantem. Vid. Cave, Hist. lit. Sec. XII. f. 583. a. Primum vero hoc opus est quod Theologiam nobis in Systemate exhibet. Vid. Introd. in Hist. Theol. lit. Tom. I. Lib. II. §. II. p. 191. & magni Theologi Salani Hist. critic. Theologiæ dogmaticæ, Sect. II. Cap. II. Membr. IV. §. II. & III. p. 47. seqq.

(h) Diu latinè tantùm habebatur inter Opera Damasceni impressa, Græcum ejus textum in Bibliothecis Gallicanis delitescens è Cod. quodam Colbertino primus edidit modo dictus Lequienius editionis suæ Tom. II. f. 279 - 790. qui verò Parallela hæc Damasceno antiquiora esse censet.

(i) Præter Editores operum Damasceni hunc ejus librum ex Biblioth. Regiâ Paris. Cod. 2336. etiam vulgavit Joh. Bapt. Coelerius, in Eccl. Græc. Monument. Tom. I. p. 278--337.

(k) Conf. heic omninò Mabillonii Comment. in ordinem Rom. Musæi Italici Tomo II. præmissum, ubi librum hunc jam ante Sec. VIII. scriptum fuisse existimat, adque vel Gelasii vel Gregorii M. tempora refert §. 2. p. 8. Etsi vero nec auctor ejus, nec ætas determinari certò queant, ante IX. tamen Seculum scriptus esse exinde colligitur, quia ab Amalario Sec. 9. scriptore jamjam allegatur, unde probabilissimè hæctenus cum Usserio & Caveo ad Sec. VIII. refertur. Cæterum non unus sed plu-

a) In hoc opere multi termini e ceteris petiti occurrunt ad Damascenus hoc scripto Scholasticis praeiit.

b) cf. de Ordine Romano Fabricius<sup>ii</sup> Bibl. med. ae. inf. Lat. t. V. p. 502. Hanc ordinem se. demum X. conscriptu fuisse, aperit Arnoldus l. c. d. 4. f. 291. a ubi observat, eum Alcuino falso tribui.

a) de Fredegario Scholastico v. Fabric. Bibl. Lat.  
med. ac inf. Lat. T. II. p. 608.

b) de Ambrosio Autperto cf. Fabric. Bibl. med. ac  
inf. Latinit. T. I. p. 215.

c) De hoc agit homonymia evitanda grā Fabric.  
in Bibl. med. ac inf. Lat. T. II. p. 194. sub voce Pa-  
panius, ubi simul plures alios Autores, qui Ho-  
ri habuerunt nomen, retinet.

cf. qui l. c. p. 959 pp. prolixo Prio.  
graphos ejus recenset.  
De reb. Eulep. Car. M. apud Pan-  
hem. 662.

d) de Carolo M. instar omnium cf. Fabricū Bibl.  
med. ac inf. Latinit. T. I. p. 936. pp. ad. Jac. Fridr.  
Dumvill. Hist. Univ. in Gm. Hist. Liter. P. Hildes-  
p. II. p. 234 pp. & alibi passim. De Fejus Audio variis  
condendi Scholas, v. Rannopii Liber de Scholis celebra-  
ribus seu a Carolo M. seu post eundem Carol. M.  
p. occidentem instauratis, quō cum Nabillonii  
Itinerario German. seorsim excudere fecit S. A.  
Fabricius, Hamburgi 1777. 8. cf. 94 Herm. Pödd.  
Meinders tr. de statu Religionis & Reipublicae  
sub Carolo M. in Veteri Saxonia, Lemgov. 1774.

chiore Hittorpio editum (l). Fredegarii Schola-  
stici Chronicon (m) edidit Theodoricus Rui-  
 nartus (n). Ambrosii Autperti extat in Apo-  
 calypsin Commentarius (o).

## §. II.

Spectat & ad hoc ævum Flori (p) marty-  
 rologium, quod & inter Bedæ opera & alibi  
 sæpius extat. Caroli M. (q) habentur capitula-  
 ria

res sunt Ordinis Rom. libelli, uti Amalarius habet Anti-  
 phon. C. 52. Plures etiam dat Mabillonis l. c.

(l) Inter Scriptores de divinis officiis, Parisiis 1610.  
 impressos p. 1. lqq.

(m) Compilatio esse videtur Caveo Collectaneorum  
 Chronologicorum, quæ Canisius exhibet Lect. Antiqu.  
 Tom. II.

(n) Hic enim Gregorium Turonensem cum Fredegario  
 & Chronicis quibusdam vetustis notisque edidit Parisiis  
 1699. Supplementum Fredegarii dedit Ant. Dadinus  
 Altaferra, JCrus Tholosanus, cum notis in Gregorii Tu-  
 ronensis Historiam Francorum Tholosæ 1680. 4.

(o) Coloniae 1635. editus, & postea Bibliothecæ PP.  
 Paris. Tom. XIII. p. 403. & Coloniensi, T. IX. insertus.  
 Idem Autpertus etiam in Leviticum, Canticum Salo-  
 monis, Psalterium &c. commentatus est. Conf. Ma-  
 billon. Ann. Ben. T. II. L. 24. §. 93. p. 246. lq.

(p) Erat hic Monachus S. Trudonis A. 760. clarus,  
 ab altero illo Floro, Diacono Lugdunensi, Magistro  
 dicto, qui circa A. 837. claruit [vid. infra Sec. IX. §. 1.]  
 probè distinguendus.

(q) De hoc, quod ad res ejus Ecclesiasticas attinet  
 [de politicis enim & bellicis ejusdem rebus dicendi locus  
 heic non est] legi merentur Jac. Basnage in Hist. de l'Egl.

ria (r) & Codex epistolaris (s), libri Carolini de non adorandis imaginibus (t), quorum datur

Tom. II. L. XXIII. Cap. V. p. 1364. fqq. Spanhemius H. E. Sec. VIII. p. 1261. fqq. & Heideggerus in Orat. infra ad Cap. III. §. II. alleganda.

(r) Edere illa cœpit a. 805. Anno autem 827. eadem ex Caroli M. & Ludovici Pii Capitulis collegit & in IV. libris digessit Ansegisus Abbas, quibus postea III. alii ex Ecclesiarum Moguntinæ præcipuè Archivis, Benedicti Levitæ cura accesserunt. Priores IV. prod. seorsim Parisiis 1588. & Moguntinæ 1602. junctim verò cum III. posterioribus Venetiis 1537. Parisiis 1603. 1640. & denique ex recensione ac eum dissertationibus notisque Baluzii 1677. Habentur & Constitutiones quædam & Acta Carolina in Joh. Christ. Lünigii Spicil. Eccles. P. I. p. f. 25. fqq.

(s) Continet Epistolas XCIX. à Pontificibus Rom. aliisque ad Carolum Martellum, Pipinum & Carolum M. scriptas, jussuque Caroli M. a. 791. collectas, & ex editione Gretseri prodiit Ingolst. 1613. 4.

(t) Scripti hi sunt vel ab ipso Carolo M. vel saltem [quod quidem probabilius] ejus jussu & auctoritate ab Alcuino, ejus quondam Præceptore vel alio quopiam Seculi istius viro erudito contra Synodum Nicænam II. pro adorandis imaginibus a. 787. habitam, & lucem primò adspexerunt Parisiis 1549. 8. editore ELI. PHILLI. uti habet inscriptio præfationis editioni huic præfixæ, sub quibus vocibus Johannes Tilius, Meldensis Episcopus latet. Conf. Mabillon. Annal. Bened. T. II. L. 26. §. 30. f. 312. Recusi postea sunt Coloniae 1555. & denique à Goldasto in Const. Imp. T. I. f. 23. fqq. Quod restat opus hoc, edecumatum sanè & ex S. Scriptura & S. Patrum gnominis tessellatum, uti audit Heideggero loco

a) Scalia saltem ad suum Librum suppeditavit,  
vel eundem alii in calanum dicitur Carolus,  
quippe ipse sepe Eginardo scribere non poterat.  
Datur qd ejus editio a Goldasto b. tit: Imperia-  
ria Decreta de cultu Imaginum<sup>2</sup> Francofurti  
1608. 8. curata. Semper a. 1701. Hanovera in  
8. hoc scriptum editum Heumannus rosee, quo-  
pe qui memoratam Tituli editionem, eam raris-  
simam ipse possidet; Titulum Est: Augusta  
Copulii Niceni II. Centura R. a. Caroli M.  
de impio imaginum cultu, Lib. II.

et in utroq Imperio tam orientis,  
quam occidentis promulgata, nunc  
primum collecta, recensita & notis  
illustrata



tur nova editio Hanoviensis, paulo ante Syno-  
dum Francofurtanam compositi. Hadriani <sup>(#)</sup>,  
cæterorumque Pontificum Romanorum <sup>(x)</sup>,  
X  
qui

infra citando p. 795. quod causam suam seriat, Carolo  
abjudicant Pontificiorum nonnulli, v. g. Ant. Possevi-  
nus, Carolus Cointius, Augustinus Redingius, Bellar-  
minus aliique, sed frustra. Vid. Joh. Dallæus de imag.  
Lib. IV. Cap. 3. Guil. Forbescius instruct. Hist. Theol.  
VII. 11. & Frid. Spanhemius in hist. imag. restit. Sect.  
VII. Adde, quod & ipsi saniores Pontificii libros  
hosce, vi veritatis adacti ad Carolum denique referant.

(#) Harum XVIII. numero superstites habentur in  
Labbei & Cossartii Concil. Tom. VI. p. 1762. reliquæ,  
quarum non nisi argumenta ibidem restant, injuria tem-  
poris perierunt. Extant & ejusdem Epistolæ quædam,  
itemque epitome Canonum, quam Carolo M. Romæ  
obtulit, nec non Capitula LXXX. apud Harduinum,  
Concil. Tom. III. f. 2017. 2033. 2061.

(x) v. g. Johannis VII. cujus epistola ad Ethelredum  
Merciorum & Alfridum Deirorum Regem in causa Wil-  
fridi Archiep. Eboracensis scripta habetur apud Hardui-  
num l. c. p. 1825. Constantini, cujus extat epistola ad  
Brietvvaldum, Archiepisc. Cantuariensem de visione  
Egvvini, l. c. p. 1827. Gregorii II. cujus extant Epi-  
stolæ XV. & capitulare, Martiniano Episcopo, seu  
Georgio Presbytero sedis Apost. & Dorotheo Subdiaco-  
no in Bavariam ablegatis datum l. c. p. 1857. sqq. &  
apud Lunigium Spicil. Eccles. T. I. p. 1--6. Gregorii III.  
apud Harduinum l. c. p. 1867. & Lunigium l. c. p. 6.  
sqq. Zachariæ, cujus epistolas ediderunt Gretserus In-  
golst. 1613. & Usserius Dublini 1632. Adde Hardui-  
num l. c. p. 1878. sqq. & Lunigium l. c. p. 9. sqq. Re-  
liquorum Seculi hujus Pontificum epistolas videtis in To-

qui hoc florere ævo, Epistolæ conferri merentur. Pauli Longobardi (y) celebrantur L. VI. de historia Longobardorum (z) & historię miscellæ L. XXIV. itemque vitæ variæ. Paulinus L. III. adversus Felicem Urgelitanum scripsit (aa), qui extant. Flacci Alcuini (bb), Angli, haben-

*F. de quo infra  
p. 355. c. 7. de eo  
Fabr. Mit. lat.  
med. V. 604.*

mis Conciliorum vel Labbeanis vel Harduinianus llec. & sqq.

(y) Diaconus hic primùm erat Aquilejensis, ab altero illo Paulo Diacono Neapolitano, qui vitam S. Mariæ Ægyptiæ à Sophronio, Hierosolymitano Episcopo græce scriptam latinè vertit, diversus, post Monachus Casinensis, qui præter scripta in textu allegata etiam dedit Homiliarium, itemque historiam Episcoporum Metensium. Conf. Mabillon. Analect. Tom. II. & Annal. Bened. T. II. L. 26. §. 86. f. 347. sqq.

(z) Prodierunt Aug. Vindel. 1515. Basileæ 1532. Lugd. Bat. 1595. Hamburgi 1611. Amstel. 1655. sub finem Historiæ Gothorum Grotii, & denique novissimè in Lud. Ant. Muratorii Rerum Italic. Tomo I. num. V.

(aa) A. 798. jussu Caroli Imp. à quo illum sibi adiutorem in oppugnanda Felicis istius hæresi Alcuinus petiit, cujus postremi operibus annexi libri hi unà cum ejusdem Paulini de Sanctissima Trinitate adv. Elipandum Toletanum & eundem Felicem libello a. 793. scripto & sacrosyllabo vulgò dicto [qui & ad calcem editionis Tilianæ suprâ citatæ Carolinorum de imaginibus librorum jamjam habetur] Andr. Duchesnii cura primùm prodierunt Parisiis 1617.

(bb) aliis Albinus, sed ad evitandam eò facilius cum Albinis aliis duobus, Abbate altero Bedæ coævo & in scribenda Anglorum Historia adiutore, altero Ticinen-

a) Paulus Longobardus vocatur m. alia <sup>in</sup>  
~~Paulus~~ <sup>fridus</sup>, cf. de eo Fabric. Bibl. med. ae inf.  
Christ. T. V. p. 62a ff. Partium studio maxime  
fauit, interim in laudatur ab his, culpatur ab illis.  
Hist. Misc. S. XXV. n. integror ipse confectus, v. Arnold.  
l. c. S. 3. f. 290 b.

b) De Alcuino cf. Fabricii Bibl. med. ae inf. Equi scripta tm omiffa receasset  
Lat. T. I. p. 133. Hendricus in Land. cit. Braun. & allegat  
Leoburg. f. - & Gysotum in Hist. Doctar.  
medu a vi p 214. Praeptorem Caroli M. Auba-  
remy Academia Parisiensis Alcuinum fuisse, qui-  
dam Galli regant, v. Arnold. l. c. S. 4. f. 290 ff.



habentur varia exegetica (cc), de fide Trinitatis L. III. contra Felicem Urgelitanum L. VII.

X 2

(dd)

sis Monasterii praefecto confusionem rectius Alcuinus five Alchvvinus dicitur, Theologus caetera hujus seculi, five eruditionem spectes five pietatem, post Bedam facile princeps, Carolo M. praecipue, à quo & ex Anglia in Galliam evocatus est, gratissimus.

(cc) v. g. Liber quaestionum in Genesim, Biblioth. Patr. Paris. insertus, dicta super illud Geneseos: faciamus hominem ad imaginem nostram, commentaria in Ecclesiastem Basil. 1531. 8. Commentarius brevis in Cantica Canticorum Londini 1638. 4. Epistola de illo Cantici Cantic. loco: Sexaginta sunt Reginae, Commentariorum in S. Johannis Evang. libri VII. Argent. 1527. Conf. Mabillon. Annal. Bened. T. II. L. 26. p. 61. f. 327. sqq. Idem Alcuinus quoque Caroli M. jussu codicem Bibliorum V. Test. emendavit, cujus exemplar Baronio teste, Romae in Biblioth. Vallicellana velut ingens thesaurus adservatur, ad cujus calcem complures versus leguntur, in quibus hujus recognitionis laus Carolo tribuitur, & Codex ipse *Bibliotheca*, pro more illorum temporum, i. e. Bibliorum codex appellatur. Idem porro ejusdem Caroli auctoritate librum Hieronymo vulgo adscriptum, qui *Comes* dicebatur, Epistolas & Evangelia per anni circulum legi solita continentem emendavit, quem postea ex Bibliotheca Carnuteni in antiquis libris Misarum Ecclesiae Romanae edidit Josephus Maria Carus Romae 1691. 4. addita & praefatione illa, quam sub Hieronymi nomine Spicil. sui Tomo XIII. inseruerat Dacherius, & jam pridem una cum Polydori Vergilii excerptis de nomine & Auctoribus Misae Magdeburgi publicaverat Flacius. Conf. Act. erud. 1691. Octobr. p. 477. sqq.

*Fa Menado Mol.  
Hero ref. hols. Ha.  
ganor, 1729. 8.*

(*dd*) de divinis officiis liber (*ee*), confessio fidei (*ff*) aliaque (*gg*). Nec tacenda hîc est **Theo-pha-**

(*dd*) A. 798. scripti, & à Paulinianis contra eundem libris modò memoratis, cum quibus in Biblioth. PP. confunduntur, probè distinguendi.

(*ee*) Equidem sub Alcuini nomine inter alios ejusdem arg. scriptores v. g. in collectione Ferrarii de divinis Officiis Romæ 1591. alibique passim prodiit, sed ab eruditissimis, inter quos etiam Caveus & Spanhemius, eidem abjudicatur. Caput ejus XL. est tractatus Remigii Monachi Antissiodorensis de expositione Missæ.

(*ff*) Hanc sub Alcuini nomine primùm edidit Jesuita Chiffletius Divione 1656. 4. Verùm & ipsum Alcuino suppositum esse contendunt viri quidam eruditi, v. g. Joh. Dallæus, cujus extat *de Autore Confessionis fidei Alcuini nomine à P. Franc. Chiffletio edita tractatus posthumus, Rhotomagi 1675. 4.* peculiari postmodum dissertatione, Analect. Tomo I. p. 171. fqq. inserta à Joh. Mabillonio impugnatus, qui Alcuino factum hunc operosè, sed ut Spanhemio in Hist. Eccl. ad h. l. videtur, inanibus tantùm conjecturis vindicare nititur. Rem in suspensio ferè relinquit Caveus.

(*gg*) v. gr. Epistolæ variæ, quarum LXVII. edidit Canilius in lectionibus antiquis, (ubi & alia quædam Alcuini, v. g. Dialecticam & Grammaticam ejus exhibet) XXVI. verò novas, fidem & pietatem Catholicam ubique spirantes, Mabillonius in Analect. Tom. IV. Epistolam ejus ad Eanbaudum Archiep. Eboracensem dedit Justus Fontanus ad finem Vindictiarum antiquiorum Diplomatum. Extat & ejusdem Homiliarium (à Paulino illo suprâ citato, quod in multis Codd. Alcuino malè tribuitur, diversum) Basileæ sub fin. Sec. XV. & Coloniae 1569. editum, de quo vide Mabillon.

...eliso fili  
...ft The  
...ph  
...a eunde  
...lioth. P  
...ejnde  
...ivinis  
...ab erui  
...Spani  
...tractan  
...de Mifi  
...te Jefui  
...Alcin  
...i, v. j  
...ider A  
...poffen  
...differ  
...à Joh  
...ne ope  
...videm  
...Rem i  
...edifi  
...uredat  
...as erbi  
...colican  
...n. IV.  
...centen  
...atri  
...iarium  
...hd. Ab  
...n. Sec  
...ballon

*[Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]*

*[Faint, illegible handwriting in the middle section of the page.]*

*[Faint, illegible handwriting in the lower section of the page.]*



a) de Phlophane cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. VI. p. 151.  
Hi ab persecutione, quas a Leone Isauro ab cultum  
imaginum defensum perpetravit, Confessor dicitur,  
sepe Arnoldo l. c. p. 2. f. 290. b.

b) De Imppr hi. Sec. cf. Wagenseil Pera Juvenit.  
l. c. p. 82.

phanis<sup>a</sup> Chronographia (*hb*), à Jacobo Goaro & Francisco Combesio (*ii*), Dominicanis edita. Atque hæc de Scriptoribus hujus seculi Ecclesiasticis jam sufficient.

## CAP. II.

DE STATU ET PROPAGATIONE  
ECCLESIAE.

## §. I.

**R**ecenſeamus 1. Imperatores<sup>b</sup>, qui hoc ſeculo florere. Sunt verò hi: Philippicus Bardanes,

X 3

danes,

Annal. Bened. Tom. II. l. 26. §. 71. f. 334. Quod reſtat, Opera Alcuini omnia (unà cum Paulini adv. Felicem Urgel. libris III. de quibus paulo ante) ex MSS. Codd. edidit Andreas Du Chefne, Turonenſis, Lutetiae Pariſ. 1617. fol.

(*hb*) Continet hæc res in Imperio Conſtantinopolitano ab Anno Chriſti 282. & Diocletiani Imp. primo uſque ad A. C. 813. & Leonis Armenii primum geſtas tum Eccleſiaſticas tum politicas, concifo eoque rudi admodum & inculto ſtilo expreſſas, & præfixas habet Tabulas Chronologicas, per annos Mundi, Chriſti, Imperatorum, &c. digeſtas, ſed mendoſiſſimas illas & paſſim hiulcas, unde & ab Henſchenio & Papebrochio in Exegeſi hujus Chronographiæ Act. SS. Martii Tom. III. præmiſſa, Cap. I. Sect. IV. Theophani abjudicatas. Fragmentum ex hoc Chronico exhibent eadem Acta SS. Martii Tom. I. f. 894. (q. Theophanem (Georgii Syncelli Continuatore) continuavit Anonymus quidam mendaciſſimus. Vid. Spanhem. hiſt. imag. reſtit. Sect. VIII. §. 7. p. 554. ubi & Auctor Vitæ Theophanis citatur.

(*ii*) Græce & lat. cum notis, Pariſiis, 1633. fol.